



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

IX. De informatione ministrorum, & celebratione Missarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

HENRICVS VII.
IMP.
io suo archivis

I.

fastici mundi
o cultu mun-
monente pro-
omini, statui-
eae, & cetera
munda sint,
ur: & calices
ri poterit, &
sufficientes li-
a: super qui-
n & solerem
em adhiberi,
tibus statue-
rædictis ha-
ultates, mo-
& solicite in-
at saltem pro

no ministe-
d cuius so-
iuinum cul-
imus quod
uo benedi-
ali inscribi-
singulis, &
us singulis

CLEMENS P.V. RAVENNATE II. HENRICVS VII. IMP. 773

ANNO
CHRISTI
IJI.

RUBRICA IX.

Statuimus quod quilibet episcopus in sua diœcesi informare debeat sacerdotes & ministros, novos maxime, vel a scientibus expertis faciat informari in suis officiis & ministeriis, & ecclesiasticis sacramentis, & ipsorum collatione seu dispensatione, scilicet in catechizando, baptizando, confiiendo corpus & sanguinem Iesu Christi, & quæ sunt confectionis verba, seu consecrationis, & confitentes seu pœnitentes absoluendo, & formam & modum absolutionis, & diuinis aliis.

Cum iuxta canonicas sanctiones vnicuique sacerdoti, quantumcumque digno, vnam Missam tantum in die sufficiat celebrare, & valde felix sit qui digne celebrat vnam, districtius prohibemus ne quis de cetero nisi vnam tantum in die celebret Missam, nisi in casibus a iure permisis: & quod nullus alienigena audeat prædicare, vel celebrare, vel in sacro ordine ministrare, nisi fuerit prius præsentatus ordinario, & eidem de ipsius ordinatione facta fuerit plena fides.

Monemus omnes insuper & singulos sacerdotes, parochiales maxime, quod quando omnibus diebus dominicis celebrare debuerint, alba cocta siue stola induiti, aquam exorcizent, seu benedicant cum sale: & aqua altare ecclesiarum, & populum, antequam celebrent, aspergant, cum antiphona, *Asperges me Domine*, vel alia quæ pro tempore occurret, & psalmo vel versu, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*.

Psalms. 50.
Eccc iii

Monemus insuper omnes & singulos parochia-
nos , cuiuscumque parochialis ecclesiæ , quod sal-
tem in diebus dominicis audiant Missam integrum
in sua parochiali ecclesia , a qua prius non recedant,
quam benedictionem post Missam receperint : &
quicumque contra fecerit , tertio admonitus ex-
communicationis sententia percellatur.

RVBRICA X.

Statuimus insuper , quod festa sanctorum pa-
tronorum ecclesiarum cathedralium prouinciæ
Rauennatis semper die in qua occurunt denun-
tient celebrantes officia , & studeant celebrare , &
clero & populo ciuitatis & dioecesis eiusdem præ-
cipiant celebrari in tota prouincia Rauennati , &
quod de festo beati Apollinaris , & de omnibus
sanctis præsulibus Rauennatibus per Columbam
electis , fiant festa per totam prouinciam Rauenna-
tem suis diebus . Et vt in hoc errare non possint ,
ipsa festa in suis calendariis inscribi faciant , & ap-
ponant , & , vt præmittitur , denuntientur.

Monemus omnes & singulos sacerdotes , paro-
chiales maxime , vt omnibus diebus dominicis ,
quando debuerint Missas celebrare populis , leæto
euangelio , & offertorio , vel cantato , festa cele-
branda , & ferienda iuxta consuetudinem , & ipso-
rum vigilias iejunandas , si qua scilicet habuerint ,
& certa ieunia , si occurrerint , debeant nuntiare ,
vel indicere ipsas debere festari , iejunari præcipe-
re . Et vt in prædictis errare non possint , studeant
festa omnia , vigilias & ieunia in scriptis habere , in-

ANNO
CHRISTI
1511